



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

§. 1. Qua ratione suffocetur vocatio Dei eiusq[ue] opinio imminuatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

§. I.

*Quaratione suffocetur vocatio Dei, in sq, opinio immi-
nuatur.*

a Exod. 5. 6.

PRIMUM Pharao duabus Diabolicis artibus vsus est: altera vt Hebraei obliuiscerentur, & cogitationes ac desideria deponerent, quae con-
perant eundi ad offerenda sacrificia, altera vero ne veram existimarent
revelationem, quasi Deus ipse illis id iuberet; sed falsam ac fictam. Ad
mum obtinendum, vocauit a Praefectos operum & exactores populi, probibens
illis *ultra dare paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi, inquit, ad-
dant & colligant stipulas, & mensuram laterum, quam prius faciebant: im-
super eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & ideo vociferantur, dixerunt
mus & sacrificemus Deo nostro Opprimantur operibus, & expleant ea, ut non
quiescant verbis mendacibus, quae sunt summa & ficta deliria per Moysen.*
Quem vt pro tali haberent, vsus est Pharao secunda sua arte & astutia
enim & prodigia, quae Moyses adferebat; & adhibebat in testimonium, quod
Deus exitum Hebraeis imperaret; ipse conatus est obscurare, & opinionem
minuere. Quare adhibuit ipse suos Magos; qui similia facerent prodigia,
sic verum esse ostenderet, quod ipse dicebat.

*Monet vo-
catos ad
terrena.*

HUNC IN MODUM Sathan capitalis hostis diuinæ vocationis contra
eam duabus similibus vijs demergere & suffocare. Altera est, qua iubet
liquos Dæmones suos ministros, ad tentandum circa res terrenas delecta-
tos: vt vocatos à Deo opprimant negotijs & occupationibus terrenis, & oc-
casiones illis offerant, quibus à tali cogitatione auertantur, seque effundant
ad aliqua temporalia bona, etiam parui momenti, quaerenda; vt his cogita-
onibus & curis implicati, obliuiscantur diuinæ vocationis; ac piorum delicta
deriorum quae conceperant. Et in eum finem suggerunt illis maritimas
valde honorifica hereditates, aut possessiones; aut dignitates, & officia
miles res alias, quae omnes sunt quasi paleae, & stipulae vacuae, & inanes
bus conficiuntur, & coquantur lateres peccatorum: sed cogitationes
men ac desideria à tentatore suggesta, suffocare solent sementem diuinæ
vocationis, iuxta illud Christi Domini de semente; quae cecidit inter spinas
*hi sunt, inquit, qui auerunt, & a solitudinibus, & diuinis, & voluptatibus
eunt suffocantur.* Tales enim cogitationes, quae illos huc illuc trahunt,
quam spinæ sunt, quae concepta pia desideria euanescere faciunt, nec
fructum aliquem proferre.

*b Luc. 8. 14
Mat. 13. 22.*

SED qua ratione tales cogitationes suffocant diuinam vocationem: interdum quidem: quia illam ex memoria excludunt ita, vt amplius non vocantur, eius non recordentur. semel enim immerfi desiderijs bonorum terrenorum; non recordantur caelestium, vt ea quaerant. Interdum autem eandem suffocant modo alio magis pernicioso: quia scilicet non existimant verè esse vocationem & inspirationem Dei; sed quasi propriam imaginationem, siue apprehensionem, & scrupulum. Nouit enim Satanas, huiusmodi fraudes intexere: vt vocationum Diuinarum opinionem conceptam imminuat; suggestiones contrarias submittere cum tanquam pace & tranquillitate; & tanta rationum, piorumque praetextuum apparatu, vt haec videantur verè vocationes; alia verò, quae Dei sunt, videantur fallae, & fallaces: c. ponentes, vt ait Isaias, tenebras lucem, & lucem tenebras.

Vocationis memoriam excludit.

c. Isaias 5. 20

CONTRA HAS SATHANAE artes & astutias pugnandum est strenue vocatis ad Religionem, modis in praecedenti tractatu positis, persuadendis sibi vocationem suam verè esse Dei, propter omnes rationes ibi adductas.

QVAM VERITATEM vbi semel agnouerint, talemque esse sibi petuaserint: omnes tempestates contra eam exortas, tribuentur suis hostibus, Dæmoni mundo & carni; conantibus ipsos vocatos inquietare, & à bono proposito deterrere. Sufficiet porrò ad refutandum, & confundendum tentatorem, aduertere: omnes eius maledictas suggestiones ed tendere vt quaerantur paleae, & conficiantur lateres: pungendo & laedendo ipsos quaerentes, quasi spinas: At vocationes & inspirationes Dei semper dirigi ad res solidas & praecelsas in vtilitatem animarum.

Id QVOD IPSEMET Dominus per Ieremiam Prophetam aperte dicit: d. *Propheta, qui habet somnium, narret somnium; & qui habet sermonem, loquatur sermonem meum verè: quid paleas ad triticum? dicit Dominus.*

d. Ier. 23. 28.

NON QVOD non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram: Quasi dixerit: Dæmonis suggestiones sunt somnia; inspirationes autem meae sunt veritates solidae ac certae: illae sunt paleae vacuae; haec solidum triticum; meae sunt ignis Charitatis liquefaciens animas; & malleus conterens, & mollefaciens duritiem cordium per dolorem peccatorum; Dæmonis suggestiones, sunt quasi ignis cupiditatum, & malleus magis indurans quasi iniquitatem quaerendis rebus terrenis. Quid igitur haec cum illis habent, quod non separant pretiosum a vili; nolite curas admittere ac de rebus perituris solliciti esse, quae vos à vocatione diuina retardent spiritum nolite extinguere.

Dei vocatio ignis charitatis.

.Tos. 1. 14.

guere, nec scintillas bonorum desideriorum, quæ Deus vobis inspirauit, uellite spinas in cordibus uestris prodeuntes ex Dæmonis suggestione comburite illas igne diuini amoris: ut uocationis diuinæ sementis copiosum valde proferat fructum.

§. II.

Quod possit perfectio in ipso sæculo obtineri.

a Exod 8. 25

SUPERATA hac prima tentatione, altera exurgit valde laetata, uel uocatis persuadere: illud præcipuum, ad quod uocatio diuina tendit, posse in ipso mundo obtineri. Dicit enim, quod Pharaon respondit Moysi: aite & sacrificate Deo uestro in terra hac: & facite in Ægypto, quod uolebatis facere in deserto: nemo enim uos impedit. Quasi diceret: non uos impedire quod minus Deo uestro seruiatis; & sacrificia, quæ cupitis offerre: sed seruite ei hic in sæculo, cum possitis id satis bene facere: neque est ad Religionum deserta confugere: cum in Ciuitatibus, & oppidis nihil sint uia & rationes ad cælum perueniendi; & inter uestros cognatos & amicos licet perfectionem assequi, quemadmodum multi sancti in sæculo uidentes, eam sunt assecuti. Cui fraudulenta propositioni magno animo respondens, qui deceptionem detexerunt, sicut Moyses: non potest ita sacrificia immolationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quod si immolauerimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis lapidibus nos obruent. Atque si claris est, cum Deus Dominus noster iusserit, nos ei seruire in statu perfectionis: non possumus in sæculo remanere. Nam non expedit nobis in sæculo offerre Deo res abominabiles, quas mundus ei offert; nec ipse mundus poterit, ut ea, quæ cupimus, offeramus si mundum imitemur, peribimus: si ei resistamus, lapidabit nos. Quare duplex in mundo, & quidem impericulum nobis imminet. Alterum est: ne ipse nos post se trahat: ut eum do seruiamus Deo, quo seculares homines seruiunt offerentes abominabiles & horrenda sacrificia. nam si quæ bona opera faciunt, uanas illis immolationibus deficiunt: & cum modica temporalia; ualde quæ imperfecta, & cum multis defectibus ea faciunt: nam tantum ex diuina lege accipiunt, quantum suo mundano honore, & emolumento possunt; reliqua uero eiusdem lege conculcant. Quamobrem iure optimo de illis dicit Dominus, quod sacrificia eorum non admittere, & quod incensum eorum sit ipsi abominabile: eorum manus plena sunt sanguine, & c. & uersa eorum iustitia: quasi parua & struata, maculis scilicet peccatorum. Opera enim ex se iusta, in ipsis, obstantibus instantias prauas, sunt detestanda: & qui inter eos remanet, periculum

Ita explicat
Zabulensis.b Isai. 1. 13.
cap. 64. 6